N. 2063.

CURRENDA XV.

A. D. 1861.

Nr. 2030.

De mutua inter Clerum charitate servanda.

Quamvis Salvator noster mutuam Apostolis charitatem impense commendaverit; quamvis characterem veri discipuli ac ministri non in alia re, quam in ejusmodi amore reposuerit; quamvis tristes dissensionum sequelas Luc. 11. pronunciaverit: *Regnum in se divisum desolabitur, domus supra domum cadet;* nihilominus querelae variae, oblocutiones et detractiones mutuæ, etiam coram laicis; imo jurgia, persecutiones haud raro inter membra corporis Christi observantur et impletur proverbium: *Rara concordia fratrum* atq. ministerium nostrum a profanis ex hoc quoq. puncto multoties vituperatur.

Fratres in Christo! perpendite Vos, qui etsi membra estis corporis Ejus selecta, attamen vos invicem non juvatis nec fovetis, sed sauciatis..... qui in exacerbatione contra fratrem ad Altare ét ad mensam amoris Christi accedere haud vereremini, obliti effatorum Magistri divini: *Si offers munus tuum ad altare et ibi recordatus fueris, quia frater tuus habeat aliquid contra te: relinque ibi munus tuum ante Altare et vade prius reconciliari fratri tuo et tunc veniens offer munus tuum. Math. V. 23. 24.* quique haud ruminaretis minationem S. Pauli grandem: *Quicumque manducaverit panem hunc vel biberit calicem Domini indigne..... reus erit Corporis et Sanguinis Dni.... judicium (damnationem) sibi manducat et bibit. 1 Cor. XI, 27. 29.....* perpendite quæsumus, quod Filius Dei ante obitum suum fervidissime pro hoc supplicaverat, ut discipuli, sacerdotes, unum essent, sicut Ipse et Pater unum sunt. Diligite ergo invicem, sicut membra in unum corpus consummata, se diligunt. Si quis ex vobis patitur, compatimini. Si quis gloriatur, congaudete. Honore invicem prævenite: inferioribus non arroganter, sed paterne imperantes: superioribus humillime et ex corde obedientes. Opere invicem juvate: oratione invicem auxiliamini: exemplo invicem excitate: monitis invicem dirigite tempestive, ne *sero medina paretur.*

Diligite invicem; et ne per detractionem quemquam fratrum mordeatis: et ne per contemptum quemquam confundatis: et ne per avaritiam quemquam offendatis. Verum si vultis charitatem cum fratribus servare, sub disciplina cohibete passiones: abstinete ab omni inordinato amore. Ruminate, quæ Psalmista 132. de intima sub uno tecto unione canit: *Ecce quam bonum, et quam jucundum habitare fratres in unum. Sicut unguentum in capite... sicut ros.... Quoniam illic mandavit Dominus benedictionem et vitam usque in sæculum.* In conspectu Altissimi appromittat saepius quisq. nostrum: O Domine! diligam fratres meos: in hoc impendam me, et superimpendar, sciens, *si charitatem non habuero, nihil mihi proderit*, quidquid aliunde possedero; quod, *qua mensura mensus fuero, ea remetietur mihi;* quod *dignus operarius mercede sua*; quod *bovi trituranti os alligare* vetatur. Diligam

fratres et ero erga omnes patiens et benignus; non æmulabor, non agam perperam, non inflabor. Non ero ambitiosus, non quaeram, quæ mea sunt; non irritabor, non cogitabo mala. Non gaudebo super iniquitate, congaudebo autem veritati: omnia sufferam, omnia credam, omnia sustinebo. Iniquitatem quidem eorum odio habebo, quoniam odio Tibi sunt Domine! verum in odio meo, ipsorum amanter miserebor, cupiens vehementer, ut ad cor redeant.

Quæram Domine! Te adjuvante, miseros illos fratres, loquar ad eos, alliciam, obsecrabo, mansuete reprehendam: et tunc tantum habebo eos, ut ethnicos et publicanos, quando Ecclesiam Tuam non audierint.

Nec satis adhuc, Domine! scio enim quod si eos tantum dilexero, qui me diligunt, nulla mihi erit gratia: nam et peccatores diligentes se diligunt. Sed diligam ipsos inimicos meos: benefaciam his, qui me oderint, benedicam maledicentibus mihi, orabo pro calumniantibus me. Percutienti maxillam praebebo: vim mihi facienti cedam, offendenti dimittam; ut sim misericors, sicut Tu misericors es, qui solem oriri facis super bonos et malos.

N. 1281.

Consignatio rerum ad Ecclesiam et beneficium in Jordanow decursu 11 annorum et 4 mensium comparatarum et reparatarum.

I. Sumptibus Parochianorum: 1) Duo magna, et duo minora vexilla, Organum majus reparatum, et pannus ruber pro tegendis gradibus majoris altaris. 2) Novum tectum Ecclesiæ, et ex parte etiam muri eandem Ecclesiam cingentis, ac reperatio portarum. 3) Novum pulcherrimum pluviale coloris albi. 4) Nova pulchra casula coloris albi et rubri; univ. 775 fl. 10 xr. C. M.

II. Adm. Rdi Joannis Nowak Curati sumptibus *) 1) Nova fenestra loco antiquæ desolatæ. 2) Duo Missalia de novo compacta. 3) Duo tympana ecclesiastica novis pellibus obducta. 4) Quatuor campanulæ ad altaria pro ministrant. 5) Novum velum sericeum grave ad deferendum SS. tempore processionis in monstratorio. 6) Magna pulchra lampas ante Sanctissimum. 7) Duo calices deaurati. 8) Sepulchrum Christi Domini ex asseribus elaboratum et depictum, cum 2 custodibus. 9) Novum horreum cum curruli, et reparatio habitationis ac stabuli ad prædium paroch. in Malejowa. 10) Tres lampades ecclesiasticæ, et quidem duæ processionales, et una ad provisionem infirmorum in Oppido. 11) Unum Missale de novo compactum. 12) Duae Dalmaticæ nigri coloris; quales deerant. 13) Novum pluviale cerulei coloris. 14) Vexillum magnum, cerulei coloris. 15) Nova capsula albi coloris. 16) Nova casula violacei coloris. 17) Calix antiquus (tantum Cuppa) deauratus. 18) In domo parochiali novum, in quolibet cubili inferius pavimentum pulchrum (podłogi w kwadry) novi fornaces et novae fenestræ datae. 19) Plantatus hortus pulcher et sat magnus ad domum parochialem cum 106. juvenibus fructiferis arboribus: &c. 20) Novum sepimentum circa hortum et domum parochialem stabulumque ex asseribus. 21) Alia plura; sed minoris momenti uti: instrumentum sigilli &c. quæ omnia constant ultra 955 fl. C. M.

---

*) Effecit suo influxu apud Parochianos, ut annue 86. Coreth. avenæ a Parochianis (ut quondam) in natura pro semper Ecclesiæ. Jordan: contribuantur.

Hæc omnia maxima ex parte inscripta in Inventarium eccles: per c. r. Offm. Rationum; nedum inserta inserantur.

III. Pro Ptochotrophio locali:

1) Emit publicas obligationes 5/°° 300 fl. C. M. 2) Comparavit novum tectum dupplex ad domum pauperum, et novas fenestras 203 fl. 35 xr. 3) Pro casu incendii seringam manualem, vas magnum pro conservanda aqua, et alia requisita 23 fl. 25 x. 4) Paulo ante indicavit c. r. Locumten. 533 fl. 35 xr. a. v. pro coemendis Obligat. publicis.

Pro ejusmodi exornatione et ditatione sponsae Christi, restauratione fundi instructi et auctione fundi pauperum laus sit ac larga benedictio divina!

1747. 1762. 1767. 1768. 1864. 1883. 1885. 1918. 1939. 1948. 1957.

Series piarum collectionum præprimis in rem unitorum Bulgarorum ulterior &c.

I. E Dec. *Neo-Sandec.* 100 fl. 1 ½ V. A. nimirum 1a V. Clero e *Kamionka* 30 c. e *Mystow*, *Pisarzowa* et *Zbyszyce* per 50 c. e *Chomranice* 80 c. *E Męcina*, *Tęgoborza* et *Wielogłowy* per 1 R. ex *Ujanowice* 3 fl. e *Neo-Sandec* 5 fl. e *Jakóbkowice* 6 fl. a Gymnasiali Neo-Sandec. 1 fl. a Scholeribus Gymnas. Neo-Sand. 7 fl. 70 c. a Scholaribus Normal. 7 fl. 77 c. a Schola puellarum Neo-Sand. 4 fl. 40 c. a Parochianis in *Zbyszyce* 1 fl. in *Męcina* 1 fl. 31 c. in *Pisarzowa* 2 fl. 41 c. in *Chomranice*, *Kamionka* et *Tęgoborza* per 3 fl. &c. in *Mystków*, et *Wielogłowy* per 4 fl. in *Ujanowice* 7 fl. *Jakóbkowice* 14 fl. *Neo-Sandec.* 15 fl. 23 c. II. E Parochia *Radłów.* 32 fl. 10 c. III. E Parochia *Dobczyc.* 15 fl. pro eisdem. IV. E Dec. Bochn. ddto 59 fl. 47 ½ c. videlicet V. V. Parochi *Łapczyc. Rzezav. Brzeźnic. Królewcen.* per 1 fl. A. R. Paroch. *Chełm* 2 fl. 68 c. *Pogwizd.* 50 c. A. R. Przybyło Coop. Rzezav. 53 c. e Paroch. *Łapczyc.* et *Sobolov.* per 2 fl. &c. e *Trzciana* et *Chełm.* 3 fl. &c. e *Rzegocina* 8 fl. 21 c. et *Brzeźnica* et *Neo-Wiśniec.* 10 fl. e *Rzezawa* 12 fl. 47 c. V. E. Dec. *Bialen.* 115 fl. 47 c. nimirum 4 fl. 50 c. pro 15 exempl. „Józefata dolina" et 110 fl. 97 c. e collectione, videlicet e Kozy 4 fl. 10 c. e *Dankowice* 5 fl. e *Bestwina* 7 fl. 50 c. e *Międzybrodzie* 6 fl. 50 c. e *Pisarzowice* 9 fl. e *Biala*, *Jawiszowice* et *Lipnik* per 10 fl. e *Starawieś* a parochianis 3 fl. 70 c. a Ven. Cuaato 1 Duc. seu 6 fl. 57 c. e *Hałcnów* et *Wielomowice* per 12 fl. e *Komorowice* 14 fl. 60 c. *VI.* E Dec. *Radomyśl* 84 fl. 80 c. utpote e *Zdarzec* 3 fl. 57 c. e *Słupiec* et *Czermin* per 4 fl. 31+21 c. e *Borowa* 5 fl. 30 c. e *Radomyśl* 6 fl. e *Nagoszyn* 7 fl. e *Zasow* 8 fl. 70 c. e *Wadowice* 9 fl. 40 c. e *Zgorsko* 11 fl. 20 c. e *Przecław* 25 fl. 11 c. VII. E Dec. *Wielicien.* 7 fl. 60 c. pro 19. libellis „Józefata dolina" in rem Bulgarorum quoq. VIII. E Dec. *Oświęć.* 4 fl. 20 c. pro 14 libellis iisdem &c. et 158 35 ½ c. e collectione; nempe e *Czaniec* 1 fl. 70 c. e *Witkowice* 2 fl. 30 c. e *Gierałtowice* 3 fl. ex *Osiek* 3 ½ fl. e *Bielany*, *Bulowice*, e *Nidek* et *Włosienica*, per 5 fl. e *Poręba wielka* 6 fl. 10. c. e *Przeciszów* 7 fl. 74 c. e *Grojec*, *Kenty* et *Piotrowice* per 8 fl. 20. 20. 73 ½ c. e *Głębowice* 10 fl. 10 c. e Polanka 13 fl. 50. c. e *Zator* 14 fl. 80. c. ex *Oświęcim* 50 fl. 52 c.

IX. E Dec. *Czchov.* 30 fl. 10 c. nimirum a VV. PP. in *Złota*, *Gnojnik*, *Tymowa*, *Czchów*, *Zakliczyn* et *Domosławice* per 1 fl. e *Biesiadki* et *Olszyny* per 1 fl. 30 et 50 c. in *Paleśnica* et *Gwoździec* per 50 c. a Parochianis in *Biesiadki*, *Zakliczyn*, *Gwoździec* et *Domosławice* per 1 fl. et ultra; ddo in *Złota*, *Tymowa* per 2 fl. et ultra in *Gnojnik*, *Czchów* et Olszyny 3 fl. et ultra. a V. Coop. in *Czchów* et a Parochianis in *Paleśnica* per 50 c. X. E Dec. *Wielopol.* 37 fl. pro Bulgaris unitis et 5 fl. pro Maronitis. XI. E Dec. *Pilzn.* 120 fl. videlicet e *Pogorska-wola* 1 fl. 20 x. e Conventu Pilzn. 6 fl. 54 c. e *Łękawica*, *Straszęcin*, et *Szynwałd* per 7 fl. et ultra; e *Zalasowa* 10 fl. e *Łęki* 12 fl. 35 c. e *Skrzyszów* 14 fl. e *Pilzno* 17 fl. 90 c. e *Lisiagóra* demum 32 fl. 40 c. V. A.

Cunctis prælaudatis Benefactoribus grates aguntur publicæ, transmissio quotarum receptarum assecuratur, benedictioque divina imploratur; insuper a reliquis submissio collectæ expectatur. E ses. 1. August 1861.

N. 1715 et 1733.

Gratiarum actio et commendatio &c.

Exc. C. R. Locumtenentia Leop. Rescripto de 31 Maji a. c. N. 34,719 constentationem super acceptis 100 fl. immittit; ast M. D. Dr. Frider de Hurter Præses Consotiationis immac. Conception. BMV. Litteris æstim. de 25 Jun. a. c. gratias rependit summas pro recepta quota 100 fl. V. A. e Diœcesi Nostra ad sublevandos in Turcia Catholicos commendando salutem eorum ulteriori solicitudini, quæ ut sit maxima, enixe precamur.

E ses. 1. Aug 1861.

L. 1787.

Nowa składka, a to na pogorzelców Podkamienia.

Miasteczko *Podkamień* w obwodzie Złoczowskim na dniu 11. czerw. r. b. przez gwałtowny pożar straciło 120 domów prócz budynków gospodarskich i wygląda od bliźnich zapomogi. Wys. c. k. Rząd krajowy pod d. 20. czerwca r. b. L. 39926 wzywa do hojnych składek. W skutek tego pukamy do serc wiernych Diecezyi i oczekiwać będziemy od PW. XX. Dziekanów kwót zebranych, w krótkim czasu przeciągu. Z pos. 1. sierp. 1861.

N. 1749.

Contestatio receptae summae 19 fl. 84 xr. in rem Communitatum Niagryn, Engelsberg, Maxymówka, Lolin et Ilemnia.

Exc. CR. Locumtenentia Leopol sub 8. Jun. a. c. N. 34716 attestatur receptionem summæ 19 fl. 84 x. usq. ad 24 Maji a. c. in Diœcesi collectae et statim communitatibus illis in Circulo Stryjensi ob eventus elementares damna passis ab Eadem transmissæ, quod pro notitia et solatio piorum sit Benefactorum. E ses. 1. Aug. 1861.

L. 1013.

Uwagi nad Brewiarzem w szczególności, o Horach

według Ambergera i t. p. — Dalszy ciąg do Kur. XIV. r. b.

Seksta

także z hymnu, trzech działów psalmu 118, responsoryjum, z modlitwy się składa. O szóstej

godzinie (naszéj 12 w południe) wspomina ś. Atanazy, gdy pisze: „fideles tunc orabant cum psalmis, ploratu et supplicationibus, quum ea hora Filius Dei, sublatus fuisset in cruce.“ Według podania *) w południe przestąpił Adam prawo Boże; aby czas naprawy odpowiadał chwili upadku; chciał nowy Adam, Jezus Chrystus, o téj saméj porze dnia być wywyższonym na drzewie zbawienia; ś. Piotr otrzymał także w południe objawienie o powołaniu pogan i odebrał rozkaz, aby z ewanielią udał się do narodów.— Jawne są pobudki wdzięczności do odprawiania Seksty.

A gdy południe czasem jest stósunkowo najwyższego stanowiska słońca i największéj działalności w życiu natury, święci téż Seksta najwyższy wpływ Boskiéj łaski na serce chrześcijanina i wymaga z jego strony najgorliwsze współdziałanie. Minął czas ofiary mszy św. najwyższa pełnia łaski wylewa się na kościół, słońce duchowne stoi w zenicie i zséła swe gorące promienia na stworzenie duchowne; tak téż podczas Seksty każda dusza cale napełnioną być powinna łaską dnia i pełna tęsknoty ma o jéj skuteczność ku wiecznemu zbawieniu prosić.

Duchowne życie nie powinno już być w sobie wewnątrz zamknięte, lecz w świętéj działalności na zewnątrz ku zbudowaniu Boskiego królestwa rozwinąć się ma. Seksta odpowiada zatem II. Nokturnowi i 3mu Psalmowi Wielbień z jego antyfoną.

Tak występuje w niedzielach Seksta jako nowe życie w radośnéj sile, jako spełnienie prawa Chrystusa. W feriach wielbi dusza pokutująca miłosierdzie Pańskie, które ją przyjęło i kezpiecznie prowadzi; pocieszona nadzieją zbawienia mówi Antyf.: „Adjuva me et salvus ero, Domine!“

W obchodzie tajemnicy głosi Seksta pełnię łaski i błogosławieństwa i podnieca do najwyższego rozwinięcia żywota miłości.— W dniach pamiątki Świętego przedstawia Go Seksta w najwyższéj działalności dla Chrystusa i Jego kościoła, jak już wszystko w pełni miłości Panu ofiaruje; w nas téż, zapatrujących się na to, będących w uczestnictwie łask Chrystusowych, wzrastać powinna miłość do równéj świętości i działalności.—

Kształt Seksty jest ten sam, co Tercyi. Jéj Antyfona jest w świętach i uroczystościach 3cią dniową, ściągającą się zawsze ku działaniu na zewnątrz.

W Oktonarach najdłuższego ze wszystkich psalmów (118.) które przypadają na Sekstę, wybitnie wyrażony jest charakter téj godziny: oddająca się prawu Bożemu miłość, ochocze pełnienie woli Boskiéj i znów walka z przeciwnikami zbawienia — te są główne myśli wziętej tu części psalmu: „Defecit in salutare Tuum anima mea et in verbum Tuum supersperavi. — Quomodo dilexi legem Tuam Domine, tota die meditatio mea est.— Iniquos odio habui etc.“

Responsorium Sextæ jest w dniach pamiątki Świętych wiersz II. Nokt.— a jéj wierszyk jest ten sam, co III. Nokturnu.

---

*) „Propter protoplastum Adam Christus sexta hora et sexta hebdomadis in crucem ascendit.“ Anast I, 7.

Nona

ten sam ma skład, co poprzedzające godziny. O téj godzinie (naszéj 3ciéj popołudniowéj) Zbawiciel skonał na krzyżu; dla tego poświęconą została modlitwie za czasów jeszcze apostolskich. — Tu nadmienić wypada piekną harmonję psalmów — mniejszych godzin niedzielnych i feryjalnych Prymy, które wszystkie z dwóch tylko psalmów się składają, z których drugi (118) jak wyżéj wpomnieliśmy, rozdzielony jest na wszystkie godziny. Każdy dział tego psalmu zamyka wierszy 16. Dwa Psalmy przypominają dwa przymierza Boga z człowiekiem, stare i nowe; 16 wierszy przypomina szesnastu tłumaczów każdego z tych przymierzy, a mianowicie co do starego: dwunastu proroków mniejszych i cztérech większych;— a co do nowego: dwunastu Apostołów i cztérech Ewanielistów. — Nonę składają ostatnie 6, Oktonarzy Psalmu 118.

Psalmy i hymny godzinek, odpowiadając godzinom dnia słonecznego, przypominają nam także rozmaite godziny, czyli różny wiek życia: Pryma przypomina wiek dziecięcy, Tercyja młodzieńczy, Seksta pełność męztwa a Nona starość.

Nona jest czasem zbliżającego się wieczora, przeto w nadnaturalném życiu dniowém wyobraża czas owego dokonania, do którego człowiek na téj ziemi zdąża a które początkiem jest wiecznego uzupełnienia. W tym czasie wypędzeni zostali według podania pierwsi rodzice z raju, — o téj téż godzinie oddał Pan Jezus Ducha i z rozłożonemi ramiony wezwał całe ich plemię do używania z drzewa żywota. W Sekscie woła jeszcze oblubienica, kościół: „Powiédz mi, ty, którego dusza moja miłuje, gdzie pasiesz, gdzie spoczywasz w południe, abym nie błądziła“ — lecz w Nonie słyszy: „duszo! wnijdź w skałę, zbuduj sobie mieszkanie w Ukrzyżowanym,— tam w bezpiecznéj kryjówce mieszkać będziesz, opływając błogą radością bezpiecznym będziesz od żaru ciała, od burzy świata, od napaści złego ducha. Z objęcia ukrzyżowanéj miłości nie powinno cię żadne stworzenie wyrwać! tu niechaj będzie twe pocieszenie, twój pokój, tu całe twe dobro!“— Treść Nony jest więc wnijście w święty pokój, który poprzednikiem jest owego pokoju bez końca i przerwy; pogląd na przeszłość i święta podzięka za wszystkie dowody Boskiéj miłości i mocy ku naszemu ratunkowi; pojrzenie na bliski cel i ostatnie ufne wołanie do Boga o pomoc ku wnijściu do portu pokoju; błogie przeczucie owéj radości, któréj nasz umysł teraz pojąć nie jest w stanie. Tak odpowiada Nona III. Nokturnowi oraz 4mu i 5mu Psalmowi Wielbień z ich Antyfonami.

W niedziele i feryje prosi więc dusza w Nonie o zupełne oczyszczenie i uwolnienie od wszystkiego, i najskrytszego, coby ją jeszcze od Boga oddalić a błogiego pokoju i podobania się Jemu pozbawić mogło,— jako nowostworzona chciałaby powrócić do raju, zupełnie upodobniona Chrystusowi stanąć przed Bogiem, aby Go chwalić i wielbić przez całą wieczność.

W uroczystościach tajemnic obchodzi Nona dokładne ich wejście w życie kościoła i w serca wiernych. Oby te tajemnice stały się rzeczywiście naszemi tajemnicami z pełnią

bogactw swych łask!—W dniach ku pamięci Świętych stoją oni w Nonie przed oczami modlącego się gdyby obładowani wszystkiemi owocami bogatego w błogie czyny życia, pełni wdzięcznego wspominania doświadczonych łask od Pana, czekający na chwilę, gdy umiérając światu, w pokój wieczności wejdą. To nas także napomina do natężenia ostatnich niejako sił, aby całą pełnię zasług tego dnia posiąść, abyśmy po dokonanéj ofierze życia dniowego w miłości wypoczęli, które jako pokrzepiająca nagroda każdego wiernego sługę Pana, wieczorem obejmuje.

Gdy kształt Nony od téjże Tercyi i Seksty się nie różni, nie potrzebuje dalszego rozkładu. *Nastąpią Nieszpory.*

Casus liturgici.

Continuatio ad Cur. XIII. a. c.

XXII. Si Sacerdos evomat Euchar. hostiam, quid tunc? Duo consideranda veniunt; aut species *integræ* appareant, aut *non;* si *integræ* appareant, reverenter sumantur, nisi nausea fiat; tunc enim species consecratae caute separentur et in aliquo loco sacro reponantur, donec corrumpantur et postea in sacrarium projiciantur; quodsi species *non* appareant, comburatur vomitus et cineres in sacrarium mittantur.“ Rub. 14. *de def. in minist.*

XXIII. Si hostia consecrata, vel aliqua ejus particula dilabatur in terram, mappam, vel linteum; vel particula pro fidelibus, sub communione (komunikant), quae procedura præscribitur?

Juxta Rub. 15. Miss. *de defect. in minist.* „hostia vel particula reverenter accipiatur, et locus, ubi cecidit, mundetur et aliquantum abradatur et pulvis seu abrasio hujusmodi in sacrarium immittatur; si extra Corporale in mappam, seu alio quovis modo in aliquod linteum, mappa vel linteum hujusmodi diligenter lavetur et lotio ipsa in sacrarium effundatur.“

XXIV. Quidam destitutus stipendio facit Missae applicationem, seu intendit eam persolvere pro eo, qui proxime sibi stipendium obtulerit, sive ad ejus intentionem, quam expresserit, licita validane erit applicatio, sive attribuenturne fructus Missae sacrificii eidem &c?

Minime licita et invalida saepe, nam applicatio est addictio fructuum Sacrificii pro persona certa, et certo determinato scopo, sed hoc non semper obtinet in applicatione ejusmodi, sub *conditione futura contingente.* S. Alphonsus Ligori l. 6. n. 337. haec adducit: „Dicunt Lugo et Pal., applicationem Missae factam pro primo offerente, esse validam, sed illicitam ex prohibitione Clementis VIII. quam promulgavit Paulus V. die 15. Novemb. 1605. vetans hanc consuetudinem *tanquam pluribus nominibus periculosam, fidelium scandalis obnoxiam, atq. a vetusto Ecclesiæ more nimium aberrantem.*“ „At probabilius, ut recte ait Croix, talis applicatio non solum erit illicita, sed saepe invalida, quia saepe accidet, quod Missa tunc dicatur pro causa, quae adhuc non existit: puta si stipendium offerens postulabit Missam pro liberatione a carcere, ab infirmitate &c. quæ causa, cum non adsit, effectus Missae suspensus remanere deberet, quod non videtur credibile. Bene tamen advertit Cont. Tourn. &c. quod, si sacerdos prævideat, quod postulabuntur Missae pro aliquo defuncto, bene potest eas nunc offere et dein stipendium percipere; quia hoc casu jam offertur pro persona determinata.“

XXV. Quando facienda est illa intentio ratione applicationis?

Quarti appendix de Sacrificio Missae q. 2. punct. II. &c. talem ejus adducit solutionem: „Respondeo, faciendam esse necessario, vel ante Missam, vel in ipsa Missa; sed omnino ante consecrationem, ut communiter fit in primo Memento..... alioquin nihil proderit, si fiat post consecrationem. Probatur, quia sacrificium est institutum, ut operetur, dum fit et suo modo existit, non vero, quando praeteriit secundum suas partes essentiales: sed non existit nisi quando fit consecratio, in qua essentialiter consistit, ergo tunc solum operatur: consequenter debet fieri applicatio ante consecrationem; neque enim potest effectus sacrificii esse suspensus. Confirmatur a pari; sicut enim sacramenta non operantur suum effectum, nisi dum conficiuntur et actu consistunt: nec est in potestate ministri eorum effectum suspendere et postea alicui applicare, ita pariter dicendum de fructu Sacrificii."

XXVI. Si quis accipit 10. stidendia pro 10. personis et primas 10. Missas generaliter offert pro eis, num rite officio applicandi satisfacit?

S. Liguorius ipsimet hanc quæstionem, quam formaverat, distinguendo ita solvit: Si has 10. Missas sine discrimine pro his 10. individuis applicat, non satisfacit; si autem *quamlibet* Missam illis 10. offerentibus ita applicat, ut sua intentione cuilibet offerenti decimam partem cujuslibet Missae attribuat, quum quilibet penes divisibilitatem fructuum Missæ suam consequatur partem.

XXVII. Parens quidam in concione audivit, peccata per Missae Sacrificium remitti, cupiens suo infanti defuncto sine Baptismo procurare veniam peccati originalis, adfert stipendium ad parochum pro eo; licetne pro eo applicare?

„Esset mortale, ait Croix, si offerat pro infante defuncto sine baptismo, quia nec est nec potest esse membrum Christi."

XXVIII. Quidam voluntarie ac sui compos vitam sibi ademit, uxor insigne pro eo comportat stipendium, num applicatio posset fieri sine gravi culpa?

Idem Croix edicit: Mortale est offerre pro eo, qui omnino voluntarie et compos sui se occidit: attamen offerri potest, secluso scandalo, pro mortuo in duello, quia non constat obiisse in mortali."

Josephus Alojsius,
Episcopus Tarnoviensis.

E Consistorio Episcopali,
Tarnoviae die 8. Augusti 1861.
PAULUS PIKULSKI, Cancellarius.

Typis Anastasii Rusinowski Tarnoviæ.